



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 321. 322. De familiis traditis in Daelhus et Holthus in pagis Hessi  
Saxonico et Wikanavelde.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
890 usque  
900 re-  
gnante  
Arnolfo

tradidit *alfricus* pro matre sua *bateburg* I. mansum et XXX. iugera in *bu-  
dinueldun* (a).

§. 321.

Tradidit *gheruuihc* pro filio suo *auone* unam familiam in *daelkuf* (b)

§. 322.

tradidit *feuerit* pro se et pro coniuge sua *cristina* et pro filio suo *bor-  
chardo* III. familiam in *holtkuf* (c).

§. 323.

openbaren bekantnisse. so hebbe wy use grote Ingefelgel darup an  
dusfen breu ghehanghen. de ghegeuen is na godes Bord. drittein hun-  
dert in deme achte und viftigften Jare. des hilligen apostels sinte tho-  
mas Daghe.

Sigillum vide in  
Tab. V. num. 6.

Cum itaque villa *Perdereforpe* sit *Pesdorf* ad *Wiseram* sita, olim ad loca comi-  
tatus *Euersteinensis* relata, nemo facile erit, qui infitietur, *Thiadricum* eiusque  
filium *Folberthum*, qui in eodem vico quædam tradidit, ad progenitores *Euer-  
steinensium* comitum spectasse.

De villa  
*Budinueldun*  
in pago  
*Pather-  
go*.

(a) Villam *Budinueldun* fuisse in pago *Pathergo*, docet nos abbas noster *Saracho*.  
Procul dubio igitur indicatur vicus *Bentselt*, in episcopatu *Paderbornensi* inter  
*Gesselen*, *Dreckborg*, *Scharme* et *Heddinghusen* situs. Cum autem hæc sit re-  
gio eadem, intra quam familia *Widikindea* olim bona hereditaria possedit, nos  
optimo iure *Alfricum* ad eandem gentem retulisse, putamus, tum, quia is frater  
appellatur *Wigberti* §. 256, tum, quod *Wigbertus* dicitur filius *Bardonis* §. 337.  
*Alfricus* præterea fuit filius *Bardonis*, fatis principum *Waldeccensium*, vti su-  
pra §. 104. not. (u) diximus, vel potius coniectauimus.

De villa  
*Daelhus*  
in pago  
*Hessi Sa-  
xonico*.

(b) *Daelhus* villa ponitur ab abbate nostro *Sarachone* in pago *Hessi Saxonico*. Vide-  
tur denotari vicus *Dalbusen*, in dynastia *Defenberg* in principatu *Paderbornensi*  
situs. Cuiusnam vero vxor fuerit *Gherwibe*, an *Hetelgeri* §. 314. an *Efici* §. 350.  
an *Liutberthi* §. 289. qui in eadem regione bona quædam tradiderunt, non pa-  
ter e continent.

De villa  
*Holtbus*  
in pago  
*Wikanau-  
uelde*.

(c) In nostro Registro sequitur villa *Holtbus* in pago *Wikanauelde*. Designatur *Holt-  
busen* vicus haud procul ab *Eschershusen* oppidulo, in præfectura *Wickenfen*  
in Principatu *Wolferbutteleni* obuius, iter vnius horæ distans a monasterio *A-  
melunxborn*, qui appellatur *Holtzen am Rotbensteine*, et diuersus est a *Lurgen-  
holdhusen* vico quondam contermino, iam desolato, nisi villa *Lürkenholzen* prope  
*Brunkensen* in censum veniat. Ex hoc loci situ concludimus, *Seueritum* seu  
*Sifridum* nostrum, qui in eadem villa has familias donauit, inter progenitores  
*Northeimensium* et *Dasselienensium* comitum et *Homburgensium* dynastarum esse  
referendum. Cum enim locus iste ne quidem iter dimidiæ horæ a castro deso-  
lato *Homborg*, a quo nobiles dynastæ de *Homborg* appellati, sit situs, *Hom-  
burgici* vero, *Dasselienenses* et *Northeimenses* Domini ex vno et communi stirpe  
sint procreati, vti supra §. 104. not. (1) demonstrauiimus, non sine graui ratio-  
ne *Sifridum* nostrum proauum *Otonis ducis Bauariæ* et comitis *de Northaim* dixi-  
mus. Id infra clarius patebit ex argumentis compluribus adlatis.

(d) Villa